Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De geomantia; de arte geomantiae - Cod. Karlsruhe 1769

[S.l.], [um 1600]

Liber secund[...]

urn:nbn:de:bsz:31-250045

Visual Library

DE ARTE GEO-MANTICÂ.
LIBER SECUNDUS.

Explicuimus superiore libro integram ferè doctrinam et θεωρίαν Geomanticam, quam certis regulis pro virili includere conati sumus. Nunc in hoc libro ipsam practicam experiri instituemus, nihilque aliud agemus, quam ut exemplis ob oculis positis, artem nostram clariorem efficiamus, et viam secuturis monstremus.

Si quaeratur de quantitate vitae alicuius considerandu est domus prima figurae, quae si termineturque in domo angulari, sive cardine: sumendi sunt eius figurae anni majores.

Si in domibus mediocribus vel subsequentibus angulum: sumendi sunt anni medii: Si in domibus cadentibus minores.

Si verò in has domos quaslibet exeat: computandi sunt anni.

Si verò prima figura in primam domo maneat: sumendi sunt omnino majores.

Si verò figura in quaestione comparuerit, ♂ vel ♄ decapitandi sunt anni quos sunt.

Nimirum si sit in Cardine, det rube annos
majores: Si sint in subsequenti aliquâ;
medios: si in cadenti quadam, minores.
Ad cujus sicut & ad posteriorum intelligenti-
am omnino necesse est, ut prioris libri regulae
repetatis.

Exemplum hujus quaestio
nis tali formâ erigitur.

Quandoquidem ∴ significatrix vitae in do
mum primam, quae quaesitis est, incidit: et pos
modum in domum quartam, transfertis, quae an
gulus est seu cardo, Et domus fortis, sumendi sunt
anni ☉, cujus figura ea est, majores nimi
rum CXX. ut supra lib. 1. c. 24. dictum est
Et quia progressa est in domum nonam, quae
est cadens domus, sumendi sunt anni minores,
qui sunt decem & novem, qui computati faciunt
139. annos. Quia vero in tertiâ domo, quae
et ipsa cadens est, reperitis figura ♂, sume
ejus annos minores, qui sunt 15. Quia etiam
in 7. domo, quae angulus et cardo est, reperitis
figura Saturni, sume annos ejus majores,
qui sunt 57. Quia ♄ figura siquidem transfer


Meridies
Thema Geomāticum ex quo colligitur, quam diu quærens sit victurus.
Caput Draconis
Fortuna major
Carcer
Carcer
Albus
Populus
Fortuna major
Rubeus
Populus
Fortuna major
Albus
Populus
Occidens
Septētrio
ries

46

GR. B. HOF- U. LANDES-BIBLIOTHEK

tur in domu octavam, quæ subsequens vocatur et mediocris: sume ejus dem figuræ ♄ aos medios q ꝑ quadraginta tres cum dimidio. Si igitur computaveris ♂ unius, et ♄ duarum figurarum aos habebis 115 annos cum $\frac{1}{2}$ anni. Hi anni ꝑ decapitationis, quos si subtraxeris à numero annorum ☉ in 4. et 9. domo, qui erat annorum 139. remanebunt 23. anni cum dimidio, nimirum

$$\begin{array}{r} 139 \\ 115\ \frac{1}{2} \\ \hline 23\ \frac{1}{2} \end{array}$$

Tot igitur annos qrens, vel de quo quæritur, victurus est, nimirum viginti tres annos et dimidium. Atque hoc modo poteris oes quæstiones redigere in thema Geomaticum, cujus unicum exemplum posuisse sufficit.

Si quæstio fuerit de ejus qui vadit ad bellum, successu.

Respice primam figuram, si sit signum solis, ut  aut ♀ , aut ♃  aut incolumem reditum ꝑmittit.

Si autem ♄ figurae in 1. domo fuerint, timidum bellatorem indicat, qui non diu abfuturus: sed sine caede et sanguine et verberibus quae sedulò fugiet, rediturus sit. Si fuerint figurae ♂ in primâ, tunc in bello morietur, seu lethale vulnus accipiet. Si figurae ♂ seu ♄ in 2dâ fuerint domo: non redibit ex bello. Item aspice octavum domum et 10. Si ♂ aut ♄ in ipsis ambabus fuerint, tunc moritur in bello: Si verò aliquis eorum solus in 10. domo fuerit, capietur.

Si vis scire utrum uxor te absente in bello vel alibi, cum alio dormiat? Item an maritus uxorem suam amet, et econtra?

Si sit ⁙ in primâ et eadem in aliquâ aliâ domorum, scias pro certo, quòd uxor sit adultera facta propter odium mariti. Similiter si ⁖ vel ⁖ est in primâ et 7.

Vel aspice domum septimam, si in illa sit bona figura, et bonas habeat socias: item si radices boni sint, fida uxor permanet.

Si verò ⁙ vel ⁙ in 7. domo sit, infi-

delitatem fiat in bonis mariti: si adsit ∷ vel ∷ in primâ et 7. adulteram notat, impudicam, ebriosam. Si sit ∷ in septimâ et primâ, vel tantum in septimâ, tota perversa est. Similiter ∷ et ∷ nihil nisi inconstantiam uxoris produnt. Septimae domus si sit signum malum, et transferatur in decimam, bona mariti ad se rapit illo inscio, et redigitur maritus ad paupertatem propter uxoris ebrietatem vel profusionem iuxta septimae domus et signi in eâ mali collocati significationem et proprietates.

Exemplum quartum.

Utrum filius quem habes tuus sit necne. Aspice signum in primâ domo, si idem fuerit in 4. quae est cardo et domus fortis, tuus est filius. Similiter si signa ♀ vel ♃ fuerint in 1. et 4. aut una harum, tuus est filius. Et si signa domus quintae et septimae bona sint et socios bonos habuerint: similiter et in cardinibus bona signa, tuus est. Vel si signum in primâ et 5. domo aequale sit, tuus est. Quod si verò signa ♀ in aliquâ

aliâ domorū plerquam in primâ & quar-
tâ, vel qntâ & septimâ: aut figura ♂ in
aliquâ aliâ domorum, quam in 1. & 5. in-
ventæ fuerint, filius hic non est.

Exemplum 5.

DE LUCRO.

Quandoqdem lucrum multipliciter evenire
potest; ponam hîc exemplum erectū in The-
mate Geomātico, ex quo postea similes q-
stiones, nimirū de societatibꝫ, commerciis,
coëmptionibꝫ mercium & pecorū judicari
& in thema simile erigi possunt.

Thema Geomāticum in qstione lucri.

Quandoqdem igitur in 2dâ domo signū et figu-
ra bona est, & ad bonas se sæpè socias gver-
tit: & siqdem testes boni cum bono judice
ex bonis figuris pcreatæ: significatqꝫ ingens
lucrum. Et qa 2dæ domꝫ figura in quar-
tam transit, indicatqꝫ lucrum evenire à pa-
tre vel hereditate: ita & dum transit in sex-
tam, notatqꝫ lucrum crescere ex servis pe-
coribꝫ & donationibꝫ infirmorū, veluti lega-
tis


Meridies
Oriens
Occidens
Septetrio.
Thema Geomaticum in quaestione lucri.
Conjunctio.
Conjunctio.
Via
Amissio
Acquisitio.
Acquisitio
Acquisitio
Fortuna minor
Acquisitio
Fortuna major
Acquisitio.
Caput
Testes & Judex
15. et 1a ex
et
ex

tis et iis qui causâ mortis fiunt. Sic et dum transit in undecimam domum, significat lucrum ex societate et mercimoniis. In duodecimâ quoque dum comparet, lucrum notat ex animalibus majoribus.

Exemplum sextum.

Si quaestio sit de absente: utrum revertatur vel non.

Respice domum primam et nonam si ibi fuerit [fig.] vel [fig.] seu [fig.] aut [fig.] subitam significat reversionem. Et si ibi fuerit [fig.] magis subitam, sed quod iterum abeat veniens. Sic et [fig.] si in aliqua istarum fuerit, similiter reversionem significat. Si primae domus figura transit in tertiam vel nonam vel decimam, licet figura et constans insit, significat eum jam esse in itinere: si vero mobilis in dictis domibus insit figura, notat eum mox venturum. Si vero adsit figura aliqua Saturni, signat eum in viâ moriturum vel per infirmitates retardari. Si ♄ figura est in 1. et 8. domo, nunquam revertetur.

Exemplum 7.

Si subditi scire voluerint, qualem principem vel dominum nacturi sint.

Considera domu 10. q est domini, in quâ si bonu signu videris, scito bonu dominu venturu esse. Si figura primae domg yroedat cu figurâ decimae. Janum dominum & dilectum ab omniby fiat.

Si secundae domy figura decimae similis fuerit, fiat dominu futuru divitem et abundatem auro atq divitiis.

Si tertia similis fuerit decimae, fiat Dominu dei amatem atq populi.

Si quarta similis decimae fiat dominu solitarium, nec ducturu exercitum: qui et hereditatem suam amabit, cujg cor pscrutari nemo facilè poterit

Si quinta similis Xae, cor domini elatum notat, quiq supiorem pati nequeat, cui multa obvenient munera, quiq multam habebit familiam.

Si sexta similis erit 10.ae fiat dominu aegrotantem, habentemq multos servientes. Sed et alig erit senior sup eum; et amabit justitiam.

Si septima similis erit 10.ae dominy erit pessimy et amator mulieru.

Si octava similis erit 10.ae debilis erit in suo dominatu, eritq timidy, et servi ejg non ti-

mebit eū.

Si nona similis erit 10.ª tūc dn̄s non pote-
rit se ḡtinere in uno loco, & diliget scientiam
& justiciam, ac artificia artificum.

Si 11.ª similis erit 10.ª sciat dominū habere
multam pecuniam & amicos, & fortunatū.

Si 12.ª similis erit 10.ª sciat dominū domi-
nationem suam unà cum servis amissurū, &
in variis eū cogitabundū esse. Si verò in 7.ª
vel 8. fuerit ⁘ perdet honorem &c

Exemplum 8.vum.

Si dominus amiserit dominationem utrum recipiat, nec ne.

Respice primam & ejus sociam 2.dam, & fi-
liam ab illis duabus, si ibi bona signa fuerint,
& insuper similia in nonâ, decimâ & decimâ
quintâ, quae judex est: scias eū recuperatu-
rum suam ditionem. Si verò contraria signa
in dictis locis apparuerint; cōtrariū sciant. Si
verò ⁘ in aliquâ istarū domorū apparue-
rit, sanguine sciat.

Exemplum 9.

Eodem modo, si scire vis, utrum res amissa recuperetur nec ne.

Respice si signa recuperationis, nimirum 6.
figurae intrantis sint in prima vel 10.
domo, vel undecima. Quae signa si bona fue-
rint: bonum quidem significant. Sicuti si pri-
mae domus figura bona in septimam transeat:
habeatque socias bonas et cardines bonos. Si ta-
men in figura decima quinta, quae judex dicitur,
signum sit irrecuperationis, malum portendit. Quod
si vero porro scire cupias, qua de causa res
irrecuperabilis sit, tunc junge domum recuperatio-
nis (nimirum in qua signum tale recuperationis
reperiatur, cum figura decima quinta, quae judex
est et signum irrecuperationis continet: et finge
ex eis filium, qui cui similis sit vide in judicio
quaestionis. Si n. filius iste similis reddatur
in figura et forma figurae primae domus tunc
res amissa recuperari nequit propter hominem aliquem
seniorem. Si vero 2dae domus figurae
similis fiat, tunc res amissa propter pecuniam non
recuperabitur. Si tertiae, tunc non recuperatur
propter fratres, sorores aut cognatos. Si quartae,
tunc obstat pater. Si quintae, tunc obstant
filii. Si sextae propter aegritudinem seu servos.
Si

Si septimae pp mulierē seu impedimēta septimae domus. Si octavae, pp mortem seu pavorem habentis vel amittentis. Si nonae, pp mutationem de loco ad locū. Si decimae pp potētem hoiem, seu pp judicium. Si undecimae pp prolongationem amici vel servi. Si duodecimae pp inimicū vel debitū, vel pp laborem, quem non vult pp hanc rem sufferre.

Si autem novam illam figuram invenerit nullis domorū figuris concordem: tunc judicabit rātiōn fortiores domos, q̄ st cardines nimirum 1. 4. 7. 10.

Si verò 13. figurae q̄ testis vocat similis fiat, tunc pp matres figat idem quod matres, ex qbus 13. figura procreata est, nona nimirum & decima.

Si in 14. et 15. similis reperiat: tunc fiat rem pp instātiam non recuperari. Si verò illam novam figurā, vel formatum recentem filiū nulli figurae quaestionis pposita similem invenias: dicas rem pp cām quae oīo sciri nequit irrecuperabilem esse.

Quod si in 1. 10. vel 11. domo fuerit signū irrecuperationis, et tn ultimus judex

bonus, et signum teneat recuperationis, tunc aliquando recuperationem fiat, sed cum summo labore et difficultate.
Signa autem recuperationis sunt signa sex introeuntia, ut supra diximus, quae plura puncta superius habent quam inferius. Sic et extra irrecuperationis puncta, quae et quot sint, intelliges. Quod si scire volueris, quibus mediis recuperari res queat: tunc junge decimam quintam figuram, cum figurâ 2dae domus in quaestione, et forma ex illis filium, et vide ad quam domum talis filius se in figurâ et formâ assimulârit: et tunc 2dam illam domum judica, ut praedictum est.

Exemplum decimum.

Si quis velit adire principem aut dominum, utrum bene vel male sibi eveniat, utrum acquirat in itinere vel amittat?

Respice figuram domus 2dae, quae est lucri, et decimae quae est domini et dominii et figuram judicis. Si illae omnes fuerint in summâ bonitate bonae, quaerenti omnia prospere succedunt. Item si signum in summâ bonitate

bonū nascatur in domo dominij, et judex
quoq sit temperatè bonus, ut tunc
acquirent cū magnâ temperantia.
Si verò signū in sūmâ bonitate bonū in do-
mo dominii nascatur, atq signū multitudinis
in decimâ quartâ figurâ sit, tunc judicabis
ad tēn quatuor cardines. qui si ad bonū tendut
cum figuris bonis, tūc cū multitudine bonūm
significant et ecōtra. Si verò nascitur
malūm signū in domo viae .x. in nonâ, ut est
, judexq sit malus, tunc quod à Dno ac-
quisivit, in viâ perdet. Si in decimâ bonūm
signū, ut nascatur, et in domo servorūm
evenerit, tūc quod à Dno acquisivit, per-
det cum servis et animalibus in viâ.
Si in domo dominii nascatur et in domo
3tâ bonū signū evenerit, et judex bonus sit:
difficultatem quidem, sed prosperitatem tamen
in fine sentient. Si vero in domo 10. signū
multitudinis nascatur, et in domo 3tâ
malum signum evenerit, judex quoq
malus si fuerit, grandem significat amissio-
nem.

Si signū retentionis, ut est  et  in domo decima nascatur, et judex sit temperatus in temperātiâ boni. Item si signū retētionis in domo 10. nascatur, et in decimâ quintâ figurâ signū sit multitudinem signis: tunc retentionē cum magnâ multitudine designat, nec aliqd prosperitatis denūciat.

Si signū retētionis in domo dominii appareat, quæ est decima, et in domo cojugii idem signū videatur, tunc retētionem in itinere significat, quoniam fortè inimicos cepit in viâ. Item si signū retētionis in domo dominij, et idem in domo patris vel fratris aut divitiarū nascatur, si postea precxerit in aliam, tunc ex eadem damnū patietur, secundum proprietatē ejus domus et signi.

Exemplum II.

De fertilitate anni.

Vide si in oibus domibus, sive in quatuor cardinibus, fuerint signa bona, vel plures bonæ quàm malæ figuræ et soriæ ac filii earum boni, tunc erit annus fertilis. Sin a oia econverso se habuerint, sterilis annus erit. Si in hac quæstione reperiatur  figura, li-

ret in omnibus judiciis sit mala: tamen in hac quæstione bona est, unde fertilitatem notat. Sic et licet plerunque bonum significent: tamen si frequenter in hac quæstione appareant, malum sciant, præsertim in cardinibus. Quod si verò ex parte bonæ et ex parte malæ figuræ appareant in domibus fortibus, sciant fertilitatem illius anni crescere & decrescere.

Decima quinta figura indicat finem anni, quæ si bona fuerit, fertilis erit: si mala, sterilis. Si fuerit testis, et judex cum eâ bonus, fertilis erit: Sin verò cum teste malus fuerit judex, sterilis.

Exemplum 12.

De fructibus arborum & vineæ.

Respice quartam domum et ejus sociam, quod si signa illarum humida sint, et per se lucrum significantia, fertilitatem prædicunt. Si verò humida sint, sed penuriam & imminutionem significantia, paucitatem fructuum denotat.

Si sint signa ignea et bona fertilitatem indicant; si verò ignea quidem, sed infortunata, contrarium, ut sunt   . Idem

& de terrestribus intelligendum erit, si damnum oriatur ex signis avaritiam notantibus, caritas fructuum et vini ex avaritiâ provenit.

Si aquosa signa nocent ex inundatione damnum oritur.

Si terrestria signa mala impediunt: caritas oritur ex frigore et siccitate.

Si aëreæ figuræ sint detrimentosæ, fructus ex ventis damna patientur. Sic et illorum fructuum copia major erit, quibus signorum natura magis respondet.

Exemplum 13.

Si annus erit vel aquosus vel siccus.

Eodem modo respice signa domorum omnium. si inveneris plura ignea, quam aquosa, praesertim in 4. cardinibus, tunc siccus erit annus et extra. Si autem ignea et aquosa simul comparuerint: vide quod praedominetur in primis domibus. Si ignea tunc annus erit siccus: si aquea, humidus. Id ita intellige, si signa ignea in primis domibus quaestionis sese monstrant: tunc prima pars anni erit sicca, et 2da humida et extra. Si verò ∷∷ erit filius figurarum siccarum ignearum, tunc multa siccitas erit:

erit: Si autem  erit filius aquosarum, tunc multa erit aquositas: et ita judicandum de signis ventosis etc.

Exemplum 14.

Utrum aliquis prolem accepturus sit.

Aspicias domum primam, quae est quaerentis, et domum quintam quae est quaesitae. Si domus quintae figura bona fuerit, et bonas socias habeat, judicium est securitate prolis. Si verò in quinta domo reperiatur figura ♄, in societate tamen bonâ, filios nunciat, sed tardè.

Figura in quintâ domo cum sociis bonis numerosam promittit prolem. Quod si verò in quintâ domo mala insit figura, cum sociis malis, nempe  sterilitatem significat. Quod si in societate fertiles cum sterilibus jungantur, judicium sumendum à fortioribus.

Si verò primae domus figura, naturae sit constantis et transferatur in quintam vel eius societatem: aut si quinta transferatur in nona, aut consortium primae: vel conveniant prima et quinta prolem denotat. Quod si triplicitas quinta

domus ignea sit vel aërea, partus masculinus erit: si aquosa vel terrestris, foemininus. Sin mixta, judica secundum figuram fortiorem.

Exemplum 15.

De absente, utrum malè vel benè se habeat.

Vide primam et sextam domum, quae est infirmitatis, et reliquas tres fortes domus, 4. nimirum 7. et 10. si bona signa in eis fuerint, benè de corpore significant, et è contra, Si ∷ et ejus filius ∴ in primâ fuerint, sanguinem de corpore ejus fluxisse notat. Etiam si à converso ∴ et ejus filius ∷ in primâ fuerint idem significant.

Si autem scire volueris, in quâ parte homo vulneratus sit, vide domum 12, et situm in reliquis domibus, si inveneris eam in primâ tunc percussus est in capite: In 2. in collo: in 3. in bracchio: in 4. in pectore vel circa. in 5. in ventre. in 6. in pectine. in 7. in natibus. in 8. in juncturis coxarum. in 9. in genibus. in 10. in tibiis. in 11. in pedibus

Sic etiam si scire volueris utrum infir-
mus moriatur nec ne.
Aspice signum primae & sextae domus et fili-
um earum: itemque duos testes & judicem. quod
si bonae insunt figurae bene succedet infirmo
et extra. Item si signa ♂ ut ⁘ ⁘ sive
⁙ et ⁙ inveniantur in quartâ, 7. 10.
Et si figurae ☽, ut ⁘ ⋮ fuerint in ter-
tiâ aut in primâ quae est orientis, tunc moritur
infirmus.
Si signa ♂ sola fuerint in 4. malum significant,
vel de vitâ dubitatur. Si signa ♄ sola
fuerint in primâ, malum significant, sed non ut
signa ♂: sed longior et diuturnior erit
infirmitas.
Si signa ♂ & ♄ fuerint in cardinibus, ma-
gis malum significant.
Si figura 8vae domus similis fuerit primae,
moritur decumbens, si mala ea fuerit.
Si signa ♀ seu ♃ fuerint aut in primâ
aut decimâ, aut tertiâ, nonâ, undecimâ,
aut octavâ; bonum infirmo nunciant. In re-
liquis domibus neque bonum neque malum. Signa

☉ in 9. figurâ et mala ft.

Exemplum decimũ sextum.

De duobꝫ pugnantibꝫ invicem seu altercatibꝫ in judicio, uter victor evadat.

Assigna primã figuram qrenti & septimam adversario: Considera postmodo triplicitatem primæ figuræ, et triplicitate septimæ utra sit fortior, et item vide tertiam domũ q notat amicos, itemq auxilia qrentis. Item 4. et 10. domũ, q cum tertiâ triplicitatem cstituũt: Hanc triplicitate et qrenti attribue: decimatertia item figura, si ex nona & 10. nascatꝫ, et pro quærente erit: Reliquæ figuræ pro adversario. Utriꝫ igitur partis figuræ fortiores q sint, csidera, qb. si judex propitiꝫ sit, reliquas vincet. Vel csiderata prima et 7. domo, quarũ illa qrentis est: hæc verò adversarii: perpende decimã, q est hꝫ qstionis judex: et 15. figuram, q est generalis figurarũ judex. Si primæ domꝫ signũ fortiꝫ est, pro quærẽte est: et extra septimũ pro adversario. Si verò æquali fortitudine

bona vel mala signa utraque fuerint, vide ad quam domum se habuerit 10. figura & 15.ª Si n. una ex his similis fuerit primæ: pro quærente judicandum est: si septimæ, pro adversario.

Exemplum 17.

Discordia inter duos, utro causante oriatur.

Vide primam & septimam domum: quarum (ut jam d. est) illa qualitates quærentis: hæc non quærentis exprimit. In utrâ istarum bonum signum extiterit, de eâ bonum judica e contra. Si verò scire cupis, utrum fiet iterum accordum, conjunctio an non? Vide si in primâ & septimâ fuerint figuræ discordes inter se: tunc conjunctio nulla fiet: si verò concordes in bono conjungentur iterum animi. Si concordes & similes figuræ in primâ & 7. quidem fuerint, sed in malo: societas quidem erit, sed mala ideoque instabilis. Inspicienda tamen est & decima quinta figura: itemque filii bonæ vel malæ matris. quod postremum, ut supra monuimus, in omni quæstione & judicio ferendo præcipue expendi debet.

Exemplum 18.

De rumoribus an veri sint vel falsi.

Aspice domum tertiam, quae est legatorum et nunciorum, et domum nonam quae est itineris: si bona et fortia signa habueris in eis veritatem rumoribus addunt. Item si in 12. sit ⁝ vel ⁖ aut ⁙ eodem modo veritatem signat. Si verò translatio accidat: judica secundum eam domum, cui astipulabitur tertia.

Exemplum 19.

Utrum aliquis evasurus sit è carcere.

Attribue primam figuram quaerenti, seu captivo et 12. carceri. Si prima reperitur in 3tiâ nonâ vel 12. et mobiles sint figurae: item cardines boni, velocem liberationem et econtra portendunt. Si verò immobiles et constantes et tamen figurae bonae fuerint, liberationem quidem promittunt, sed tardam. Si prima transferatur in 6. et 12. infirmitatem captivo minatur, sicuti si in 8.vam, mortem. Quòd si figurae ♄ vel ♂ in 1. et 12.a fuerint, ex uno carcere in alium ducetur.

Quin et si   aut in domo II. et 5. fuerint, evasionis spem tollunt. Si verò  sive  in decimâ quartâ fuerit, ab eo qui in vinclis illum tenet, interficietur.

Exemplum 20.

De amicitiâ. Utrum vera ea sit vel falsa.

Si in 11.a domo quae amicorum est, fuerit signum in summâ bonitate bonum: atque in tertia bonum contingat, firmam et veram amicitiam denotat. Quod si bonum in 11, et mediocre in 3. sit: temperatè bonam amicitiam notat. Si verò signum summè bonum sit in 11. et contingat judicis signum esse  multitudinis: respice desuper judicium. Si n. judex ad bonum tendit: bonum quoque cum multitudine designat et contra. Quod si idem signum contingat evenire in 11. et 3. domo, similiter considera, utrum ad bonum vel malum tendat, et secundum illud postmodo judica.

Exemplum 21.

Utrum peregrinans venturus sit ad diem determinatum.

Aspice domum viae i.e. 9.a si in eâ reperias signum ∴ retentionem signans, non venturum notat. Si verò in domo 9.a bonum nascatur signum, itemq; in 2.a quae acquisitionis est. Et ⁝ judex sit in 15. tunc venturum signat cum acquisitione. Quod si in 9. domo bonum sit signum et in 2da sit ⁛ et in 15. ⁝ judex sit, venturum indicat cum amissione. Si in 9. domo ⁝ evenerit, et in 8. figura extremè mala apparuerit, moriturum in viâ monstrat.

Idem est si in 9. sit ⁝ et in 6. mala figura, infirmabitur in viâ. Si in 9. sit ⁝ et in 2da figura bona, sitq; ⁛ judex, adventum cum multitudine significat.

Exemplum 22.

Utrum iter ingrediendum sit.

Iter ingressurus aspice primam domum, in quâ si signum bonum sit, sed fixum et permanens,

manendu tibi potius etiam erit. Et extra
si bonu sit & mobile: si prima domus cum
bonis sociis ingrediatur 7.^{am} vel prope eã acce-
dat: sintq; cardines boni, iter ingredi bo-
num est. Insuper ∷ et ∷ laborio-
sum iter notat, ∷ et ∷ verbera ∷
∷ perditionem, ∷ proditionem indicant.
Sic quoq; considera 3. et 11.^{am} domũ, an
bona eis insint signa. ∷ tamen et ∷
licet laboriosum iter significant, tutum ta-
men erit, si in 1. sint et 15. In duodeci-
mâ verò malũ potius et tardũ reditum.

Exemplum 23.

Utrum cives obsessi: an verò ho-
stes obsidentes, victores futuri sint?

Aspice 1. domũ quae civium est, et quartam
quae urbis, et 7. quae hostium.
Si 1. et 4. domus figurae bonae sint, et ali-
enae à 7.ª domus figurâ seu separatae, bo-
nũ est pro civibus. Si verò septima
fortior est, et à 4. recepta, hostes vin-
cent. Si eae figurae ♂ fuerint, occupa-
bunt hostes urbem sanguine. Si ♄ vi: si

☿ stratagematib. & dolo: si ☉ præpotē-
ti vi. si ♃ aut ♀ cōditionib⁹ & mediā-
tib⁹ psonis spiritualib⁹ seu clericis. si ☽
incursionib⁹ et expugnatiōib⁹. si signū sit ⁙
vel ⁙ occupab⁹ insriis civib⁹. si verò
primæ dom⁹ signū forte sit & bonū & in 4.
transeat: itemq; si circa 7.^{am} prima bonas
socias habuerit, utpote 2.^{am} & 9.^{am} populo
nūciat victoriam. si insup cōcurrat ⁙
in 7.ª et 8.ª domo, cives hostes supabunt,
et hostiū q̄da inter se distribuent.

Exemplum 24.

Utrum quis uxore amatâ poti-
tur⁹ sit.

Assigna 1.^{am} domū quærēti & 7.^{am} rei quæsitæ.
Si 1.^{a} finiat⁹ in 7.^{a} vel eg societa facta fue-
rit, matrimoniū indicat absq; labore quæ-
rentis. Econtra si 7.^{a} veniat in societa-
tem 1.^{æ} non ita bonū omē est: sed fiat
negociū pfici instinctū et ductu ipsi⁹ uxo-
ris. Quod si ambo sociatores 1.^{a} & septi-
ma transferat⁹, et tū in quæstione cōveniat
cōiunctionem pmittit, sed non in petito loco

Quod

Quod si ex his nullu[m] co[n]iungat, tunc vide an sit translatio inter duos signatores: si nimiru[m] figura ex societate primae abeat in societatem 7.ae et extra. tunc quando recipiatur haec translatio per triplicitatem bonam: bonu[m] quaerenti nunciat. Figura quoq[ue] ♀ in 7.a domo: item ⁝ bonae sunt: si nulla fiat amboru[m] signatorum co[n]iunctio, necesse est, ut licet assit translatio, ambo signatores sint in summâ bonitate co[n]stituti.

Exemplum 25.

Utrum per domesticum aut extraneum sit factum furtum.

Primas quatuor domus et nonā cum decimâ attribue domesticis: septima furi. Si in 7.a reperiatur ex praedictis aliqua, fur domesticus est. Si prima insit figura, dominus ipse fecit: si 2da, proximus à domino: si 3tia, cognatus domini, aut charus. Si 4ta, pater domini, aut agricola, verna. Si nona, notus domino fecit. Si decima, quidam fecit, qui cum universâ familiâ conversari et rem habere solet. Si nulla ex praedictis in septima appareat, extraneus fur est. Quod si vero ex

sex illis prioribus figuris repiatur aliqua in societate septimæ; notat quendam (q.q per domum illam signatur) furi operam suam locasse et consortium cum eo habere.

Si 7.ª figura masculina est, fur masculus est et extra. Et secundum reliquas figuræ qualitates furem judica. Utpote si in 7.ª sit ⁝⁝ hominem tristem, nigrum, cogitabundum, et Saturninum. ut supra de qualitatibus figurarum dictum est.

Exemplum 26.

Utrum quis periturus sit?

Considera domum primam. Si in eâ sit signum ♂ seu ♄ et finiatur in 8.ua vel ejus sociis, interficitur quærens. Si verò ♂ in 1.ª domo sit, et commune quid habeat cum 6.ta nihil verò cum 8.ua vulneratur seu læditur quærens, sed non lethaliter.

Exemplum 27.

Utrum quis ad dignitates sit aspiraturus

Assigna 1.am domum ei de quo quæritur, seu quærenti. Nonam et decimam dignitatibus

et illam quidem minoribus, hanc verò majoribus. Quòd si triplicitas primae domus bona sit, et 15. figura non contrariet; dignitates promittit & praesertim Ecclesiasticas. Sic et si figurae decimae triplicitas bona sit & non impedita, vel si prima in 9. vel 10. cum bonis signis transferatur.

Exemplum vigesimum octavum.

Utrum quis vicariatum aut canonicatum impetraturus sit.

Attribue primam domum quaerenti: 9.am vicariae: 10.am collatori. quod si prima sit in societate decimae et 9.ae impetraturus est, sed necesse est omnino ut sit translatio et acceptio illarum figurarum. Quod ipsum magis corroboratur si 10.a et 7.a domus figurae fortes sint et fortunatae. Sic utrum quis eligatur episcopus? Primam dato quaerenti 9.am Ecclesiae: 7.am eligentibus, et judicem bonum vel malum considera, et procede ut dictum est. Quod si significatores non concordat, et in 2da domo sit ∴ Simonia metuenda est.

Exemplum 29.

Utrum quis in patriâ, vel inter peregrinos fortunam bonam habiturus sit.

Tribue primam quaerenti: undecimam fortunae. si ambae bonae sint & invicem acceptatae, bo-

nūm frat. Item ꝯsidera an undecima et in
aliis domib. recipiatur, et utrū prima in undeci-
mam transferatur, vel in alias domus. Item
transmutationem domus nonæ. Item an extra-
neam figurā in undecimâ domo invenias, et
tunc judica juxta qualitates illarū figurarum,
et stationes domuum. Si figura ☉ sit, judica
fortuna à Rege, principe aut alio potēte, per
artes et media ☉ propria. Item judica for-
tunam ex parte coeli vel mūdi; seu ex parte the-
matis erecti: Et invenies ubi locorū quærens
magis fortunatus futurus sit. Sic si prima sit in
decima, vel 3tiâ, 5. 6. etc semper judica ut
superius domus rationem conditiones figurarū & do-
morū. Eodem modo transmutationem domus
undecimæ observa. Item si cardines boni &
fortes sint et extra. Undecima domus et
frat colores: ♄ significat nigrum: ♂ rubeum:
☉ aureū, ♃ albū cū intermixto rubeo. ♀
colores amabiles et pulchros ☽ lucidū colorem.
☿ fulgidos et intertextos colores. ⁝ verò
color est ♃ et ♀ ⁝ ♄ et ♂.

Exemplum trigesimum.

Utrum alicui ab amicis sperandum auxilium?

Assigna primã q̃renti, undecimã amicis. Si sit transmutatio & acceptatio 1.ª & 3.ª vel 11.ª & sociatũ ejꝰ: & fratres boni sint, auxiliũ ꝓmittit & extra.

Exemplum trigesimũ primũ.

Utrum quis ditesceret.

Considera domꝰ 2dæ signũ, si illud sit bonũ & bonos socios habuerit, inprimis si sit ⁘ ⁘ aut ⋮ nec transeat ad mala signa, ditabitur quærens. Si verò 1.ª vel 2.ª ∴ sese sociaverit, difficilẽ ditabitur.

Si scire volueris, quo ætatis tempore locupletabitur, cõsydera domũ primã, si signũ sit bonũ in juventute: si in quartâ bonũ sit signum, paulò ante mortem. Si in 7mâ, circa annũm quinquagesimũ, si in 10.ª circa trigesimũm. Si verò primæ, 2dæ & 3tiæ domꝰ signũm sit ∴ ⋮ aut ⋮ difficilimè unquã dives fiet.

Exemplum trigesimũm 2dm.

De inquirendo alicujꝰ successu.

Si inquirere volueris q̃ vel mala vel bona quærenti, seũ illi de quo instituitur q̃stio eve-

nire

nire debeant; aspice 1. domu͂ et cardines
quatuor: socias et judicem. Item translatio-
nem figuræ primæ. Si n. figura bona primæ
domus transferatur in 2dam, lucru͂ et utilitatē
q̄renti pmittit ex mercimoniis. Si in terti-
am ex ppinquis speradu͂ emolum͂. Si in q^ar-
tam, ex obtentione hæreditatis, et sic deinceps
secu͂du͂ figuraru͂ et domus qualitates judica.

Exemplum trigesimu͂ tertium.

Debita utru͂ solvantur.

Considera qualitatē domus 1æ et 2a et tra͂s-
lationem earu͂ bona͂ vel mala͂. Itē socias
eodemq modo, septimæ domus signu͂ bonu͂ vel
malu͂, socias et translationem. Et inde judica
ex rationibus figuraru͂ et domoru͂: sp tamē
et reliquis supra traditis regulis juxta obser-
vatis.

Exemplum 34.

Uter fratrum moriatur prius.

Prima domus q̄rentis est, et tertia fratris eius.
Utra igitur mala signa habuerit ⁙ ⁙ aut ⁝
et transeat eadem in 8am cum malis sociis
ille prior moritur. Quod si neutra domus talia
signa habuerit, vide utrius domus signa melio-

ra sint et fortiora. quae si aequaliter bona:
tunc vide utriusque domus signum in domum infirmam et cadentem transferatur.

Exemplum 35.

An futura sit, et qualis mutatio domicilii.

Aspice domum 3tiam, si mobile signum insit, utpote et si sit translatio aliqua primae domus, et mobilia cardinum signa, nec assit in societate 3ª signum  mutationem pflagit mutationem bonam et in melius fiat. locum amoenum notat. Sed haec inamoenum, tenebrosum et rusticum atque agrestem. Sic si assint signa vel aquosa vel alia, eadem ea judicato. quo autem futura sit mutatio ex domibus intelliges, quarum aliae orientem, aliae occidentem, et sic deinceps denotant.

Exemplum 36.

Utrum terra potius, marive eundum.

Vide si tertia domus signum sit aqueae naturae, vel tali signo coniungatur: aut si prima sit mari eundum potius erit. Alioquin

terrestre iter conferendum.

Exemplum 37.

De hæreditate litigiosâ quis possideat.

Si figura 1æ. domus transeat in quartam statim ipse quærens esse possessor hæreditatis. Si quarta recipiatur à 5â. filios notat hæredes futuros: Si à tertiâ, fratres vel sorores. Si à septimâ, uxor vel ingratus possidebit hæreditatem: si conversim ∴ signum 4æ. domus fuerit, et ita deinceps ratione cæteras domus judica.

Exemplum 38.

Thesaurus ubi absconditus sit.

Aspice quartam domum, si in eâ sit signum terreæ naturæ, utpote ⁘ et ⁝ tunc in loco profundo, opaco et obscuro, impuroque absconditus, referto vermibus venenatis, versus occidentem. Si aqueæ naturæ, ut ⁘ ⁝ in loco humido, palustri et nemoroso, versus aquilonem. Si igneæ naturæ, ut ⁘ ⁘ in loco arido et montoso versus meridiem. Sin aëreæ, in loco amœno, pellucido et culto versus orientem. An

verò inveniri possit, vide si prima domus transferatur cum bonâ figurâ in quartam, et num cardines boni sint et fortes. Et si signa 1.ª et 4.ª domus in judicio conveniant cū bonis sociis, quærens thesaurum facilè inveniet. Sed ⁝⁝ signū est impedimēti et retardationis. Eodem modo si scire cupias, ubi in domo aut nati aliqd sit absconditū: tunc divide domū in quatuor ptes, et aspice quarta domū: si in eâ sit signū terreæ ntæ ⁝⁝ quære in pte domus versus occidētem. Sin aqueæ aut aliq naturæ, ut jam paulò ante dictū est.

Quòd si judiciū nimis amplū sit, iterū et toties divide, quoad locū invenias.

Exemplum . 39 .

Utrum foemina gravida sit, et utrū masculū vel foemellā paritura sit: itemq an facilis futurus sit ptus.

Vide si 1.ª domus signū transferatur in quartam et bonos socios habuerit: et cardines boni fuerint, gravida est mulier.

Quod si in quintâ domo reperiatur

aut masculum gestat: sin aut foemellam: si verò ibidem sit dubium signum est, gemellos n. indicat, aut certè differendum judicium in aliud tempus.

Quòd si 5ta domus sit figurarum mobilium et bonarum, tamen vel mediocrium utpote et socias habet mediocriter bonas, facilem partum notat verò partum celerem quidem designat: sed non absque periculis et curis.

Quinta item domus si figura sit immobilis, et bonis tamen sociatae, inprimis partum duriusculum notat. Si verò assit unà cum malis sociis et transeat prima et quinta domus in 8.am ad socias malas, mortem minatur. Sed et cardines, quò inclinent, considerandi sunt. Eodem modo de vitâ infantis quaesiturus, vide si quinta domus bona sit et bonis associata, nec malè transferatur, diu vivet, et si in cardinibus vel mediis domibus sit Contrarium judica

si seq.

Filius absens quomodo se habeat.

Vide si quinta bona sit, et inter bonas sociata, nec male transferatur, bene se habet, et extra. Sin quinta in 8.va transeat, mortem nuntiat.

Exemplum 40.

De inquirendo colore.

Figura ∷ et ∷ nigrum colorem signat. ∷ et ∷ album cum intermixto rubro, ∷ et ∷ rubicundum cum insperso nigro, ∷ flavum cum mixto rubeo. ∷ viridem cum albo mixto ∷ et ∷ lucidos quoscunque colores notat, rubeum, ceruleum, flavum, viridem ∷ colorem fractum totum album ∷ et ∷ signat colorem fractum ein bleicher farb.

Exemplum 41.

De inquirendis diebus.

Figurae { ∷ et ∷ diem ☉ notat.

Figurae { ∷ et ∷ diem ☽.

Figuræ { ⁘ ⁘ } et ⁘ diem ♂.

Figuræ { ⁘ ⁘ } et ⁘ diem ☿.

Figuræ { ⁘ ⁘ } et ⁘ diem ♃

Figuræ { ⁘ ⁘ } et ⁘ diem ♀

Figuræ { ⁘ ⁘ } et ⁘ diem ♄.

Exemplum 42.

Utrum cibus venenosus sit.

Si in quintâ domo sit ⁘ ⁘ vel ⁘ vel saltem sit in dictarum [illegible] : vel si cardines habeant eas figuras, venenum cibo inest.

Atque hæc nunc exempla posuisse sufficiat, secundum quæ prudens Geomantes omnes alias quæstiones, qualescunque fuerint, diiudicare nullo negocio poterit: Sed quemadmodum ars longè iucundissima

est: ita etiam diligentem, strenuum et indefessum cultorem requirit.

ARTIS GEOMANTICÆ
LIBRI POSTERIORIS
FINIS.

GR. BAD. HOF- U. LANDES-BIBLIOTHEK